

indicari, ante adsumptum Maximianum collegam Diocletiano victoriam de Germanis partam esse. Reliqua cognomina Maximiano videntur communia fuisse cum Diocletiano. — 6) Cf. N. 617 not. 2. — 7) Sarm. lapis Aegyptiacus, aperto errore quadratarii. Minime autem certum est, id quod posuit Wilmanns, Constantium et Galerium, ex quo Caesares facti sunt, eadem vocabula victoriarum receperisse quae receperunt Augusti. — 8) Apparet Constantium et Galerium tribuniciam potestatem accepisse non a. 292 ut credebatur propterea quod auctor de mort. pers. c. 55 narrat proximis post Galerii mortem (a. 311) kalendis Martiis impendisse vicennalia eius, sed a. 293, et vicennalia illa Galerii kal. Martiis a. 312 celebranda pertinuisse ad initium vicesimi anni. — 9) Consul tertium uterque Caesar fuerat a. 500. — 10) dicitur iusticiae exemplum Plataeense, in quo solo haec vocabula servata sunt. — 11) Desinit exemplum Plataeense.

-
- 643** pace ac bello maxim[is]
dominis nostris M. Aur[elio Valerio Maximiano]
Pio Felici Augusto semper[r et ubique victori, et]
Flavio Valerio Constant[io nobilissimo Caesari]
pietate eorum et cle[mentia]
aucto honore¹ consen[su] ²
Nummius Tuscus v. c. pra[fectus urbi]¹
curator aquarum et [Miniciae],
numini eorum sem[per dicatissimus].

Romae rep. in monte Quirinali (Borsari Notizie 1884 p. 422). — 1) Videtur Nummius Tuscus curator aquarum hunc titulum posuisse, cum aucto honore factus esset praefectus urbis (fuit autem praefectus urbi a d. 19 Febr. 302 ad d. 12 Sept. 303, teste Chronographo qui dicitur anni 334). — 2) Intellegitur consensus Diocletiani et Galerii.

-
- 644** Multis XXX¹ vestris, dddd. nnnn. Diocletiane | et Maximiane
aeterni Augg. et Constanti | et [Maximian]e² nobb. Caess.! ob felicissimum
diem XX³ vestrorum Victorias fecit ordo | mun. nostri, regente p(rovinciam
N(umidiā) vestra(m) Aurelio Quintiano v. p.; arcum Pompeus
Donatus fl(amen) p(erpetuus) et Sit|tius Frontinianus pf.⁴ de suo fecerunt.

In Numidia loco dicto Ksür el-Ahmar (VIII 4764). — 1) Tricennialibus. —
2) Punctis significavimus litteras erasas, quarum pleraque adhuc leguntur. —
3) Vicennialium; vicennalia celebraverunt Diocletianus et Maximianus Romae d.
20 Nov. 303 (auct. de mort. pers. c. 47). — 4) Fortasse: pontifex (Mo.).

-
- 645** [dd. nn. Diocletianus] et Maximianus seniores Aug. et
[dd. nn. Constantius et Maximianus in]victi imperatores et
[Severus et Maximinus nobilit]ssimi Caesares,
[quo tempore d. n. Maxim]ianus invictus senior Aug. feliciter
[comprimens turbas Quinque]ntaneorum ex Tubusuctitana
[regione copiis iuva]retur, horrea in Tubusuctitana
[civitate fieri] praeceperunt, anno pro. CCLXV.¹

Tupusuctu (hodie Tiklat) in Mauretania (VIII 8856, descr. Poulle). — 1) Annus
provinciae Mauretaniae 265 est aerae Christianae 504, quo praeceptum de horreis